



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput I. de institutione Sacrosancti Missæ Sacrificii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

decreto circa Missam, quod novem ar- Sæcul. XVI.
 ticulis comprehensum his conceptum A C 1562.
 erat verbis: *Expositio doctrinæ de sacri-*
ficio Missæ. „ Sacrosancta Oecumenica
 „ & Generalis Tridentina Synodus, in
 „ Spiritu Sancto legitime congregata,
 „ præsentibus in ea eisdem Apostoli-
 „ cæ Sedis Legatis, ut vetus, absoluta,
 „ atque omni ex parte perfecta de ma-
 „ gno Eucharistiæ Mysterio in sancta Ca-
 „ tholica Ecclesia fides, atque doctrina
 „ retineatur, & in sua puritate, propul-
 „ satis erroribus, atque hæresibus, con-
 „ servetur; de eo, quatenus verum &
 „ singulare Sacrificium est, Spiritus San-
 „ cti illustratione edocta, hæc, quæ se-
 „ quuntur, docet, declarat, & fidelibus
 „ populis prædicanda decernit.

CAPUT I.

*De institutione Sacrosancti Missæ
Sacrificii.*

„ Quoniam sub priori testamento, teste
 „ Apostolo Paulo, propter Levitici
 „ Sacerdotii imbecillitatem consumma-
 „ tio non erat; oportuit, Deo Patre mi-
 „ sericordiarum ita ordinante, Sacerdo-
 „ tem alium secundum ordinem Melchi-
 „ sedech surgere, Dominum nostrum JE-
 „ sum Christum, qui posset omnes, quot-
 „ quot sanctificandi essent, consummare,
 „ & ad perfectum adducere. Is igitur
 „ Deus,

Sæcul. XVI
A. C. 1562.

„Deus, & Dominus noster, et si semel
 „seipsum in Ara Crucis, morte interce-
 „dente, Deo Patri oblatorus erat, ut
 „æternam illic redemptionem operare-
 „tur: quia tamen per mortem sacerdo-
 „tium ejus extinguendum non erat,
 „in cœna novissima, qua nocte trade-
 „batur, ut dilectæ Sponsæ suæ Eccle-
 „siæ visibile, sicut hominum natura ex-
 „igit, relinqueret sacrificium, quo crues-
 „tum illud semel in cruce peragen-
 „dum repræsentaretur, ejusque memo-
 „ria in finem usque sæculi permaneret,
 „atque illius salutaris virtus in remis-
 „sionem eorum, quæ a nobis quotidie
 „committuntur, peccatorum applicare-
 „tur, sacerdotem secundum ordinem
 „Melchisedech se in æternum constitu-
 „tum declarans, Corpus, & Sanguinem
 „suum sub speciebus panis, & vini Deo
 „Patri obtulit, ac sub earundem rerum
 „symbolis Apostolicis, quos tunc novi
 „testamenti Sacerdotes constituabat, ut
 „sumerent, tradidit, & eisdem, eorum-
 „que in sacerdotio successoribus, ut
 „offerrent, præcepit, per hæc verba:
 „*Hoc facite in meam commemorationem:*
 „uti semper Ecclesia Catholica intelle-
 „xit, & docuit, nam celebrato veteri
 „Pascha, quod in memoriam exitus de
 „Ægypto multitudo filiorum Israel im-
 „molabat, novum instituit Pascha, sei-
 „psum

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

„sum ab Ecclesia per Sacerdotes sub
 „signis visibilibus immolandum, in me-
 „moriam transitus sui ex hoc mundo
 „ad Patrem, quando per sui sanguinis
 „effusionem nos redemit, atque eripuit
 „de potestate tenebrarum, & in Regnum
 „suum transtulit. Et hæc quidem il-
 „la munda oblatio est, quæ nulla in-
 „dignitate, aut malitia offerentium in-
 „quinari potest: quam Dominus per
 „Malachiam nomini suo, quod ma-
 „gnum futurum esset in gentibus, in
 „omni loco mundam offerendam præ-
 „dixit, & quam non obscure innuit A-
 „postolus Paulus Corinthiis scribens,
 „cum dicit, non posse eos, qui partici-
 „patione mensæ dæmoniorum polluti
 „sint, mensæ Domini participes fieri;
 „per mensam altare utrobique intelli-
 „gens. Hæc denique illa est, quæ per
 „varias sacrificiorum naturæ, & legis
 „tempore similitudines figurabatur, ut-
 „pote quæ bona omnia per illa signifi-
 „cata velut illorum omnium consum-
 „matio, & perfectio complectitur.

CAPUT II.

*Sacrificium visibile esse propitiatorium pro
 vivis, & defunctis.*

„Et quoniam in divino hoc Sacrificio,
 „quod in Missa peragitur, idem il-
 „le Christus continetur, & incruente

Y 5

„immo-